



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

S[e]c[undu]m Matheu[m].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-31634**

prudens quem constituit dñs  
supra familiam suam vt det  
illis in tempe tritici mensurā  
Beatus seruus ille quem cuz  
venerit dominus : inuenerit  
ita facientes. *Tu autē. Le. v.*

**Q**uis est iste dominus fr̄s  
christi sine dubio qui suis di  
scipulis ait: Vos vocatis me  
magister et dñe et bene dicitis  
Sum ereni. Que est etiā hu  
ius domini familia. Nimirū  
illa est quam ipse dominus de  
manu inimici redemit : et suo  
dominio mācipauit. Hec au  
tem familia sancta est ecclesia  
catholica que per orbem ter  
re copiosa fertilitate diffundi  
tur et redemptas se precioso sui  
domini sanguine gloriatur.

**D**ispensator vero *Leō sexta*  
qui sit quem oportet esse fide  
lem pariter et prudentem pau  
lus nobis ostendit apostolus  
qui de se suisq; socijs loquens  
ait. sic nos existimet homo vt  
ministros christi et dispensa  
tores misteriorum dei. Hic  
tam queritur inter dispensato  
res vt quis fidelis inueniat.  
*Tu autē. Scdm Barthez.*

**I**n illo tpe Dixit ie. dis.  
suis parabolam hanc:  
Homo quidam peregre profi  
ciscens vocauit seruos suos et  
tradidit illis bōa sua. Et ret.  
*Sermō beati gregoriū pape.*  
**L**ectio sancti euangelij fr̄s

charissimi sollicite nos admo  
net ne nos qui plus ceteris in  
hoc mundo accepisse aliquid  
cernimur ab auctore mundi  
grauius inde iudicemur. Cū  
enī augentur dona ratiōes eti  
am crescunt donorum. Caro  
ergo esse humilior atq; ad ser  
uendum promptior quisq; de  
bet ex munere quanto se obli  
gatiorem esse conspicit in red  
denda ratione. *Lectio.*

**A**cee homo qui peregre profi  
ciscitur seruos suos vocat ei  
sq; ad negotium talenta parti  
tūtur. post multum vero rēpo  
rtis positurus rationem reuer  
titur bene operantes pro ap  
portato lucro remunerat : ser  
uum vero a bono opere corpe  
tem damnat. Quis itaq; hō  
iste est qui peregre proficiscit  
nisi redemptor noster q; in ca  
rnis quam assumpserat ab  
ijt in celum. Carnis enī loc  
proprius terra ē: que quasi ad  
peregrina ducitur dum per re  
demptorē nostrum in celo col  
locatur. *Tu autem domine.*

**S**ed homo iste pe  
*Lectio.*  
regre proficiscens seruis suis  
bona tradidit quia fidelibus  
suis spiritalia dona concessit.  
Et vni quidem quinq; talen  
ta alij duo alij vero commisit  
vnum. Quinq; etenim cor  
poris sunt sensus videlicet: vi  
sus: auditus: gustus: odoratus

rus et tactus. Quinque igitur  
talentis donum quinque sensu  
um id est exteriorum scientia  
exprimitur. Duobus vero in  
relectus et operatio designan  
tur. Unius autem talenti noie  
intellectus tantummodo de  
signatur. **Scdm Bartheum**  
**I**n illo tempore: Dixit  
iesus discipulis suis. Vigilate  
quia nescitis qua hora  
dominus vester venturus sit.  
Et reliqua. **Omelia bti hys  
P**erspiciue ostendit quare supra dixerit de die  
autem illa nemo scit: neque fili  
us hominis neque angelus nisi pater  
solus quod non expediat scire  
apostolis ut pendule expecta  
tionis incerti semper eum cre  
dant esse venturum que igno  
rant quando venturus sit.  
**E**t non dicit **Lectio secunda.**  
quia nescimus qua hora ventu  
rus sit dominus sed nescitis:  
premissis quoque patris familie exem  
plo cur reticeat consummatio  
nis diem manifestius docet di  
cens Estote parati quia ne  
scitis qua hora filius hominis  
venturus sit Tu autem domine.  
**P**lenius inculcat **Lectio. iij.**  
et replicat quare de die consum  
mationis et hora nec angelos  
nec se scire predixerit sed solum  
patrem quod non expediat scire  
apostolis. Exemplum patris  
familias est sui et fidelium ser

uorum id est apostolorum ad  
cohortationem sollicitate mens  
tis interserit: ut spe premio  
rum ministerent conseruis in tem  
pore suo cibaria doctrinarum.  
Tu autem domine. **Scdm lucas**  
**I**n illo tempore: Dixit  
iesus discipulis suis. Res  
mo lucernarum accendit et in abs  
condito ponit: neque sub mos  
dio. Et reliqua. **Omelia ves  
nerabilis bede presbyteri.**  
**D**e seipso dominus hoc lo  
quitur ostendens: et si sua dixe  
rit nullum generationi neque ni  
si signum iohanne dandum nequa  
quam tamen lucis sue claritatem  
fidelibus occultandam. Ipse  
quippe lucernarum accendit qui  
testam humane nature flamma  
sue diuinitatis impleuit. Tu  
autem domine. **Lectio secunda.**  
**Q**uam profecto lucernam nec  
credentibus abscondere: nec  
modio supponere: hoc est sub  
mensura legis includere vel in  
tra unius iudee gentis ter  
minos voluit cohibere. Sed  
supra candelabrum inquit ut  
qui ingrediuntur lumen vide  
ant. Candelabrum ecclesiaz  
dicit cui lucernam supposuit:  
quia in nostris frontibus si  
dem sue incarnationis affixit  
ut qui ecclesiam fideliter in  
gredi voluerint lumen verita  
tis palam queant intueri. Tu  
autem domine. **Lectio tertia.**  
k. ij